HOMILIARIUM
11. Jh. Seite 70v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



iustos sed peccatores. Et uenit filius hominis querere et sal
uare qd perierat. Hec intellexerat clementiā xpi qui ñ
solum corporeis infirmitatibus medebatur. sed etiā uulne
ra debiliū curabat animarū. dicens paralitico sanato.
Constans esto fili remissa sunt tibi peccata tua. Dicens et
oblatę sibi adulterę. Hec ego te damnabo. uade et ámodo
noli peccare. Ut ꝑ omnia opa sua ostenderet. in illo aduen
tu suo. saluatorē se mundi uenisse non iudicē. A quo
intellectu alienatus impius traditor insurrexit in seme
tipsū. non iudicio pęnitentis. sed furore pereuntis. Ut qui
uitę auctorē interfectoribus uendidisset. in augmento
damnationis suę etiā moriendo peccaret. Quod ergo falsi
testes. qd cruenti principes. qd impii sacerdotes in dñi ihu
xpi ministerio ignauia presidis. et famuli impitę cohortis
egerunt. et detestandū uniuersis sęculis. et amplectendū
fuit. Crux eñi dñi sicut in iudeorū erat mente crudelis.
ita est in crucifixi uirtute mirabilis. Furit in unū ppls.
et miseretur omniū xpc. Quod sęuitia infertur. potestate
suscipitur. ut licentia facinoris. ęternę opus impleat uo
luntatis. Unde omnis ordo rerū gestarū quē plenissime
narratio euangelica percucurrit. ita fideliū est accipien
dus auditu. ut salua fide actionū. quę tempore domini
cę passionis implete sunt intelligamus. ñ solū remissionē
peccatoꝝ in xpo completā. s; etiā formā iusticię eē ꝓpositam.

·xxii·

In sabbato scō Phasce. Sermo beati hieronimi
Vomono. Prespiteri.

Quixta matheū uespere sabbati maria magda